

Quinta etas mundi

Bonarchia Regum persarū
Dari' histapsis



Dari' histapsis



Xerxes



Artabanus



Artaxerxes



Democritus philosophus



Heraclitus

Darius histapsis filius quartus persarum rex anno septuagesimo capi-
tuitatis: persis regnare cepit. Is cuni alijs sex nobilibus Smerdintz
patizetem magum ei' fratrem trucidauit. Conuenerunt de regno per-
sarum. Eius equ' sequenti die in ortu solis hymnitū ante regiam prius emic-
teret ille persarū rex habef'. Darius Debaris stabularij sui solertia effecit: ut
ante omes hymnitū equ' ei' primo daret: quo facto: euestigio rex creat' est. Re-
gno suscepto Atosam cambysis filiam duxit uxorem. Ex qua p̄ter xersem etiā
alios genuit filios. Hedit potestatem zorobabel vt iudeos in bierusalem redu-
cere posset et vasa reddi iussit: t̄ p̄ edificatione templi viginti argenti talēta p̄
singulos annos iudeis darent. Ideo templum edificari. Uerū anteq̄ e vita
discederet egipcius ab eo defecit.

Xerxes darij ex Atosa filius quintus persarū rex: Centesimoquarto iu-
daice captiuitatis anno: psis regnare cepit. Et regnauit annis. 20. Is
voluntatis p̄ne colendi deum israel: heres apparuit. Judeis liberali-
ter vtens. Esdrē sacerdoti amicissim' crudelitat̄ t̄ sevicie paternē successor. Re-
cepta egipcio que a patre defecerat cū vniuerse asie potiref: innumerabili exerci-
tu grecie bellū intulit. Athenas incendit: et infinitas strages dedit. Tandē leo
nide Spartanoꝝ ducis solertia duob' acceptis vulnerib' fugies: qui pr̄ ma-
re nauib' strauerat: in piscatoria scapha vix trepid' aufugit. Et nō multa post
ab Artabano ei' prefecto spe regni potiundi interfectus est.

Artabanus sextus persarum rex psis regnare incipiens: regnauit men-
sibus septem. Qui p̄ anno computantur: hic xerse regetrucidato: cum
essent ei' duo filii nomine Darius t̄ Artaxerxes: Juniore in maioris ne-
cem solicitauit. Affirmans illū p̄prium obtruncasse patrē. Uagabusus aut̄ hu-
ius sceleris consci': Artaxerse filio rem postea p̄didit omnē. Is cōuocans om-
nes armatos: numerū militū recensurus: ubi Artabanus inter eos astutisset: Ar-
taxerxes se breuiorē simulat habere lorūcam q̄z deceret: iubens secuz cōmutare.
Quo nudato euestigio cū septez filiis eū transfodi iussit: atq; ita Artaxerxes e-
gregi' iuuenis cedē patris: necemq; fratribus t̄ seipm ab insidijs vindicauit.

Artaxerxes septimus psarum rex regnauit annis. 40. Hic omnū hemi-
sphaerii pulcherrim' fuit: sed tanta ei erat brachiorū longitudo vt genua
contingeret: et ppter ea longimanus dict' est. Qui tributa persis p̄mis
instituit: eo q̄ maximā impensa auri atq; argenti in edificijs constituisset: ubi
tributa et que exigebat recondere posset ad bene rei administrate monumentū
Et cum pacis auctor t̄ conseruator haberef: Idcirco ab omnib' amari prome-
runt. Esdras quoq; sacerdos et dei ppheta clarissimus elegantis memorie eius
imperium insigne reddidit. Neemias quoq; eius t̄ Darij pincerna fuit.

Democritus abderites philosophus p̄ hoc t̄ps floruit: is primo quos-
dam magos caldeos audiēs: adhuc puer theologiam ac Astrologiam
optime didicit: deinde vt Geometriam p̄ciperet in persidem t̄ ad mare
prexit: postq; etiam ad cognoscendas res diuinās in Caldeam athenasq; se trā-
stulit: ubi a nullo cognitus ip̄e Socratē cognouit. Tandē doctissimus in patri-
am reuersus: patrios agros t̄ innumerabiles opes reipublice sue cōcessit. Sa-
tius dicens eum paupertate studiorum libertate letari: q̄z opum seruili cura ve-
xari. Nam in hortulo suo iuxta urbē muros ad contemplandas rerum natu-
ras se contraxit: ubi t̄ nature secreta subtili' rimari posset (sicut Licero in quin-
to tuscul. questionū refert) Oculos sibi p̄si effodit vt vegetiores cogitationes
haberet. Aut ne videret bene esse cūbus malis: vixit annos. c. et. 9. Ex eius
sententijs hanc optimā habemus. Conuenientius est vt parcitatem in tuo ser-
uus q̄z luxum in alieno: parcitas em̄ necessitatis remedium est.

Eraclitus philosophus asianus cognomento Scotinus hoc tempore in pre-
cio fuit. Cui libri adeo obscuri fuere vt a philosophis vix intelligeretur. vn-
de et ppter eorum obscuritatem heraclitus dictus fuit tenebrosus. Qui cui
in ultimo vite a discipulis quereret: vt notabile quid in medium p̄ferret. Nihil re-
spondit: sed digitum volvēs significabat omnia inferiora in cōtinuo motu esse. Hic
(vt Macrobius refert) dixit animam esse scintillam stellaris essentie.